



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

13 Legatum Minoribus, vt eis prosit quomodo faciendum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

si conuentus, in quem ingreditur, ita validum censetur & morte ciuili, professionis confirmatur, vt hæres institutus statim post professionem, capere poterit possessionem bonorum, ad quæ institutus fuit, non expectata morte naturali testantis, & profitentis, Couar. cap. 2. d. c. 6. nec villo modo post professionem testamentum factum reuocari potest.

DECISIO XIII.

Ex cons. 13. & 14. alias 9. & 8.

Lect annuum legatum factum fratribus minoribus non valet, etiam ad hoc vt vendatur, & estimatio in necessitatibus imminuentibus impendatur, cum predicti fratres neque domum, vel prædium, cum pacto, vt ea locent, vel colant, accipere possint, Cle. exiuit. S. porro. de verb. signific. & c. exijt. tit. eod. in 6. eo quod annuos redditus habere prohibentur: quia tamen aliud est ecclesia, & fabrica eius, & aliud capitulum, seu conuentus, qui eam tenet, gubernat, & regit: per exemptionem, de priuileg. in 6. & arg. c. si ciuitas, de sent. ex comm. in 6. annuus redditus promissus, vel legatus Monasterio minorum pro fabrica, candelis, vino, oleo, & vestimentis ad Missarum celebrationem validus est, nec iure canonico, d. Clem. exiuit. aut sancti Francisci regula prohibetur: eo quod nihil exinde conuentui, aut vili ex fratribus conceditur, sed soli ecclesie, & pijs vtilibus illius, nec eorum paupertati inconuenit, vt ecclesie annuos redditus habeant.

DECISIO XIV.

Ex cons. 1. in Nouis, deest in antiquis.

Quamuis testamentum etiam a parochio scriptum, & sola testatoris manu subscriptum, sine testibus, in foro exteriori non valeat, quicquid tamen sic possiderit, in conscientia in foro interiori retineri potest.

DECISIO XV.

Ex consil. 2. in Nouis, deest in antiq.

Beneficiarius hæres a patre institutus, si fecit inuentarium, debita, vel legata ei a patre mandata extra vires hæreditatis, ex fructibus beneficii solvere non tenetur, sed ad id tenentur alij hæreditatem habentes, immo nec volens potest ex beneficii sui fructibus ea solvere, nisi iudicet solutio directè, vel indirectè saltem opus pium iudicetur.

DECISIO XVI.

Ex cons. 4. & 5. sine eadem, desunt in antiq.

Cum Extrauagans Pij V. Extrau. in c. quæ ordini ecclesie constit. 120. in ordine, ea solum priuilegia reuocet, quæ vel a se, vel ab aliquot suis antecessoribus in particulari concessa fuerant ad disponendum de quibuscunque bonis inter viuos per donationes, vel in morte per vltimas voluntates, ideo non obstante reuocatione prefatarum facultatum, quæ sunt priuilegia, & gratiæ particulares, possunt clerici, & quicumque alij donare inter viuos, & relinquere in vltima voluntate nepotibus, aut fratribus: aut filijs suis illegitimis si vere pauperes sint, non solum bona sua patrimonialia, aut quasi patrimonialia, hoc est, per suum laborem, & industriam, sed etiam inueniu ecclesie acquisita, sicut antea de iure communi potuissent, argum. cum haberes, de eo qui dux. in matrim. quam poll. per adult.

DECISIO XVII.

Ex cons. 11. in Nouis deest in antiq.

Legatum, quo mandatur hæredi vt singulis annis detur vni aliquid certum nullum tempus certum assignando non solum censetur perpetuum, si fiat loco pign. arg. l. annua. ff. de annuis legat. sed etiam si mandatur aliquid fieri tacite in memoriam, & honorem familie suæ, quod non posset assequi, nisi legatum esset perpetuum.

TITVLVS XIX.

De successione ab intestato.

SUMMARIVM.

- 1 Filij ex damnato coitu nati parentibus non succedunt, nec contra.
- 2 Mutuarius pecunias a beneficiato clerico in curia decedente acceptas, illius hæredibus, & non camera restituere tenetur.
- 3 Clericus simplex omnia negotia, quæ laicus gerere potest, & sic bona sua non sunt spolia.
- 4 Extrauagans Iulij III. quod debita beneficiarij non soluantur de fructibus non exactis, vt intelligenda.
- 5 Bona alienare prohibito, quando succedit fiscus.
- 6 Fructus beneficij a solo separati, cui debentur.

DECISIO I.

Ex consil. 1. alias 2.

Sicut filij Spurijs ex damnato coitu natis non succedunt parentes, neque contraio parentibus filij Spurijs, Auth. quib. mod. nat. e. sic. l. i. §. illud collat. 7. & Pan. in cap. tanta, qui filij sint legit. ita neque fratres fratribus Spurijs ex damnato coitu natis succedere possunt, dummodo ab habente potestatem non sint legitimi.

DECISIO II.

Ex cons. 2. alias 3.

Mutuarius pecunias a clerico beneficiato in curia decedente ab intestato acceptas, illius hæredibus, & non camera Apostolice restituere tenetur, um hæres, & non camera clerico in curia mortuo succedat, ex Bulla Iulij III. cupient. s. consil. 3. Auth. de hæred. ab intest. collat. 9. & post debitam diligentiam adhibitam non inuenito hærede, illas parentibus defuncti, aut illis c. sanctis, proximioribus in gradu, deductis impensis in inquir. edo. factis restituere tenetur, nec sufficit illas pauperibus, vel pijs locis restituere, nisi casu quo hæres, aut parentes eius non inueniri possunt, c. cum tut. adiuncta gl. de vsu.

DECISIO III.

Ex cons. 3. alias 5.

Clericus simplex, nondum ordine sacro initiatus, & beneficio carens, omnia negotia, quæ laicus, sine peccato exercere potest. Pan. in c. 1. & 2. de post. & Nau. in Man. c. 25. num. 210. Nec ab intestato motiens, bona eius tanquam spolia a Commissario sp. liorum pro Camera Apostolica capi possunt.

DECISIO IV.

Ex cons. 4. in vtrisque.

Beneficiarius in terris, vbi tantum semel Collector Apostolicus positus fuit, obiens mortem, multa debita, & multos fructus sui beneficii in exacta relinquens, non obstantibus duabus constitutionibus Iulij III. quarum vna mense Iunio, altera mense Augusto anni 1550. publicata fuit & in quibus statuit, ne soluerentur debita beneficiarij contracta, neque legata pia tempore infirmitatis facta ex redditibus nondum exactis: per alteram tertiam prefati Iulij Extrauagantem publicatam anni 1551. mense Iunio, habentur omnes in Constitut. 9. quæ in ip. Cum sicut quæ duas illas priores limitat, ne habeat locum in terris, vbi non conuenerunt a sancta Sede Apostolica poni collectores ex eisdem redditibus beneficii nondum exactis, creditoibus suis per designatos hæredes satisfacere potest, cum extrauagans vltima verba in numero plurali concipiuntur & pluralis locutio saltem duo requirit: c. pluralis, de regul. in 6. nec aliquid consuetum, aut solitum dici potest quod saltem bis factum non fuerit: l. 3. C. de episc. aud. & Dec. in rub. de consuetud. & proinde vbi semel tantum collector positus fuerit, aut vnus in vno collectore in loco vel promincia, & Regno admittitur, constitutionem suam Papa valere noluit: quominus beneficiarij debita de fructibus non exactis solui possint.

D E.